

QK. 534,4.

B. 1

II c

1636

X 2005960

DE RESVRRE
CTIONE SALVATORIS
NOSTRI IESV CHRI-
STI, ELEGIA SCRIP-
ta à Paulo Clatt Dantiscac-
no in Gymnasio CVL-
MENSI.

DICATA.

Clarissimo & Consultissimo viro;
Domino Georgio Clefeldio vtri
usquæ Iuris Doctori.

CODICIVS LECTORI.


Lector ades, carmen sed perlege voce serena,
Liuoris fugiat raucida lingua procul.
Inuenies docili certè conscripta Minerua
Metra, quibus flores iunxit Apollo suos.
Metra, resurgentis celebrantia tempora Christi,
Mortis ab exequijs cum rediuiuus erat.
Hæc ubi perspexi crebra vice tradita ruper,
Iudicio valde complacuere meo.
Tu quoq; vocales Elegos reprehendere noli,
Nam meus Aonio Xanthius ore canit.

GEDANI EXCVDEBAT FRAN-
CISCVS RHODVS.

ANNO M. D. LV.

Mense Aprili.

Pto Johanni Khodi czech Parek sru 8.-5.-D.
Integra quod carmen portat tibi pagina, sumas,
Me simili mðdñi compoñisse fias.



www.cobol.org | [Tutorialspoint.com](http://www.tutorialspoint.com/cobol)

ЧАЛТ ТА ЗЕДОХЭНДАНИ
ЗУДОНЯ СҮСЮН

• 71 . C . M . OMAHA
MICHIGAN

CLARISSIMO ET VIRTUTE EX-
CELLENTISSIMO VIRO DO-
MINO GEORGIO CLEFEL
DIO, VTRIVSQUE IV-
RIS DOCTORI, CI-
VITATIS GEDA-
NENSIS SYN-
DICO.

PAVLVS CLATT.
S. P. D.

Luce sub hac homines dum candida gaudia ducunt
Solamenq; souent pectore dulce suo,
Tartareae Christus quod dextra vindice valles
Vicit, & explicitam fecit ad astra viam:
Arrident volucres vernanti sole canentes,
Plaudit apis viridi mella legende thymo,
Nescio quos motus intra præcordia cæpi,
Dum quoq; me festum traxerit igne pium.
Ergo licet dudum non vlla poëmata scripsi,
Suscepi manibus plectra mouenda meis,
Hinc breviter cecini festiuæ lucis honorem,
Quæ celsis meruit fixa trophyæ tholit.
Et paruis elegis præconia pauca perègi,
Adueniat nobis qua ratione salus.
Hos igitur versus cum luci tradere vellem,
Ceu iussit licitis caussa probanda notis.
Quo simul id fieret, poteram dubitare Patrono,
Constitit ad vultum pulchra Thalia meum.
At ait: ah titubas, folio leuiorq; vagaris?
Expendas patriæ lumina docta tuæ.
Perfacili vectus mox portum calle tenebis,
His dictis stupeo corde tremente diu.
Laudibus, occurris tandem mihi clare Georgi,
Primitias possem cui tribuisse meas.
A ij Dignus

Dignus es eximio celebrari carmine, dignus
Famam doctiloquis perpetuare libris,
Ornatum titulis fulgentibus, ardua virtus,
Te facit eximia dote nitere virum.
Scilicet in cuius scapulis onus imminet ingens,
Quà Gedani præstans Urbe Senatus adest.
Accipe, nec tenuem tenta contemnere Musam
Mœcenas potius, quod precor esse velis,
Tempore sic alio imittam tibi plura, fauere
Ingenio, dignum te'q; putato meo.
Mathuselæa iuge superando secla superstes,
Ut mancas clarus laude nitente, Vale.

EX CVLMA.

DE RESVRRECTIONE DO- MINICA.

ELEGIA.

Tota quid excelsi sedes lætatur Olympi?
Gratantur cę suis astra corusca globis?
Quid gremium pandens viridanti germine tellus,
Indyta lætitiae dat monumenta suae?
Quid mare pacatum tranquillis murmurat vndis,
Et patitur nautis vela secunda dari?
Aere quid volucres tam dulce queruntur aprico,
Sol'q; nitet fudo purificante iubar?
Ordo quid exultat cunctarum deniq; rerum,
Omnibus ac insunt iubila sancta locis?
Fallor: an egregio dum sic splendore corruscant
Singula, mœrori gratia nulla venit?
Lætior ecce salit plausu Natura decenti,
Atc; Creatori supplicat vsc; suo.
Sic est, emerito proceditur vndiq; cursu,
Gaudeat vt flatu quisq; fauente frui.
Tempora nam redeunt lætis celebranda triumphis,
Paschali referunt quæ sacra festa die,
Per quæ solennis resonat victoria Christi,
Strauit vt infernis debita monstra rogis.
Empyreæ sacrum templum reserando Cathedræ:
Atria cælorum nunc adaperta dedit.
Ceu genus humanum de fauce redemit Auerni,
Pristina fulgorem lux vt in orbe daret.
Tolleret vt nexus prædura sorte cathenæ,
Qua strinxit rabidus corpora nostra Sathan.
Hæc & multa alia eximis numeranda Caruœnis
Præstítit, immitti Christus, agone licet.
Annua commemorat quæ festis pompa diebus,
Quos hodie roseo lucifer axe vehit.
Cernis vt Eo rutilent splendore iugales?
Concutiant pulchras vt saliendo rotas.

A ij Hora

Hora salubris adest igitur, qua talia facta
Sæpius intenta voluere mente decet.
Cum sene nunc pueri, iuuenes pia templa frequentent,
Cum'q; nuru rrater flaua'q; virgo comas.
Thura ferant aris, redolescat nidor in æde,
Ut solet Arabicis fumus odorus agris.
Sed tamen emundent foeda fuligine pectus,
Quo puro, prior est victima nulla Deo.
Nunc pro tam varijs benefactis munia Christo
Solute, quos nondum vita ferina trahit.
Promamus vigili dulcissima cantica voce,
Ne nimis ingratum nos reprehendat opus.
Et meritas hilarifundamus pectore grates,
Maxima sit iusto gloria lausq; Deo.
Tam propensa fuit cuius Clementia, stirpem,
Humanam propter, ferret ut omne malum.
Omne malum, primi quod composuere Parentes,
Frondibus extorres o Paradise tuis.
Tempus adest, olidis quo diri è faucibus orci
Erepti verè perditaturba, sumus.
Strenua quo Christus dicens Epinicia belli,
Ostendit regni robora magna sui.
Quo per sulphureas plantis penetrantibus oras,
Lurida nodavit triplicis ora canis.
Non velut Alcides, Theseus aut Tracius Orpheus,
Sed tanquam dominus, victor vbiq; potens.
Vnde etiam propria virtute euasit ad auras,
Victrici referens splendida signa manu.
Prostrator diuo surrexit numine Ditis,
Sed prius immitiae præda cruenta necis.
Fortiter inferni turbavit claustra Tyranni,
Pandens ætherei regna superna Throni.
Propter & hoc præstans nobis hoc tempore factum,
Edomito letho vita salusq; datur.
Ergo à perpetua lætemur clade redempti,
Quos rex Eumenidum presserat ante iugo.
Nam

Nam summi siboles ut quis mansueta Parentis,
Victima pro nostro crimine facta fuit.
Gaudia & antiquis ducamus digna trophœis,
Lætitiae illius nec modus nullus erit.
Quis gaudere neget, quis non clangore resultet?
Vindicet indubia talia dona fide.
Nemo fit exclusus, nemo patet exul ab isto,
Tramite, sint pleni spe pare diues, in obs.
Non aliam ob causam Christus descendit ab astris,
Omnibus una salus quam quod adesse velit.
Sic Deus omnipotens mundum dilexit, ut illa
Mens sacra pro nobis grande subiret onus.
Ut caperent omnes æternæ dona salutis,
Qui cælesti bono pectore numen amant.
Est igitur Christus cæcum non missus in orbem,
Vi genus humanum perdere forè velit.
Sed posset miseras sic iustificare cateruas,
Perditus & vitam cœtus habere nouam.
At nos letiferæ damnatos criminè culpæ,
Quid potuit rursus sanctificare magis?
Quam superi proles & imago æterna Parentis,
Heu quæ pro nobis facta cruenta fuit.
O lux perpetua & saluator maxime noster,
Cuius nunc parta est funere summa quies.
Quam fuit illatui patris exhorrenda voluntas,
Dum iussit cœtu pro pereunte mori.
Tu tamen obsequio non aduersatus iniquo,
Suscipis, indignas cuncti potente, vices.
Natus & ē Maria tolerans discrimina multa,
Sacraisti cunas sorte furente tuas.
Proditus à socio tandem sias vndiq; cinctus,
Hostibus & manibus vincula torta geris.
Diriperis, veluti lupus agnum diripiit asper,
Et tua torrentem labra bibere Cedron.
Quam validos colophos & verbera mille tulisti,
Presseruntq; tuum spinea serta caput.

A iiii Cœpisti

Cæpisti extremæ fatalia vulnera vitæ,
Per quæ nos saluos vulnera dura facis.
Diuinumq; tuum perfodit lancea pectus.
Sublimi pendes dum pie Christe cruce.
Solus pro æterna pugnasti nempe salute,
Ne Phlegetonteæ fauce trahamur aquæ.
Mors te cæpit iners, vt viueret incola mundi,
Scanderet vt cælos, Tartara foeda subis.
Expugnata iacent istic crudelia monstra,
Alecto tacitè colla ligata gemit.
Sibila Tisiphones edunt iam nulla colubri,
Vertice pro nitidis, quos gerit ipsa comis.
Viribus excussis nil torua Megæra veneno,
Tam tua Maiestas omnia vincit, obest.
Pestifer heu nimium primæui lapsus Adami,
Magna'q; cælestis numinis ira fuit.
Nec dubium est diram nos promeruisse Gehennam.
Et digno rigidæ mortis obijisse iugum.
Nam Lex ætherei fuit hæc violata Tonantis,
Quæ fuit æterna tradita voce prius.
Arbore de vetita noli concerpere fructus,
Aut Stygiæ mortis tristia fata feres.
Hinc ferus vt Sathanas mundi deterrimus hostis,
Diuinum totum commacularet opus.
Ingentes homini's tenebras in pectora fudit,
Ne posset summi iussa tenere Patris.
Ergo redigiteò confictis vocibus Euam,
Carperet vt vana poma nocua manu.
Si, mulier, diræ sumplices virus Echidnæ,
Non tua sparsisset viscera tanta lues.
Quanta ruit subito tua sub precordia motu,
Cuius posteritas fulmina, tota gemit.
Porrigeres quando malum crudele marito,
Vt fieret planè mortis vter q; reus.
Tam fuit aduersus peccatum iratus Olympi
Rector (nam casta est mens pietatis a mans)
Sacro

Sacra Maiores primos ut pelleret horto,
Talia perfundens seria verba Deus :
In sudore tui violator perfide, vultus
Acceptis pascas ore tremente cibis.
Tu quoq; perpetuo paries de semine natos,
Fœmina, sed tristi pressa labore, tuos:
Ambo, quod est maius, squalentia tecta petetis;
Quà Dis imperij Sceptra potentis habet,
Interituq; graui plorantes spicula, falcem
Mortis transfibit vos rabiosus agon.
Tales ore minas summus Regnator Adamo
Iniunxit, nimium territus unde fuit.
Attamen extinguit totum sanctissimus agmen
Humani generis noluit ipse Pater.
Promittens igitur semen, quod vincere mortem
Posset, & efficeret bile vacare Deum.
Dixit : in exactis aliquando, crede, diebus
Adueniet proles è muliere potens.
Conteret igniuomum tetricaput illa Draconis,
Cui suffocabit guttura calce suo.
Hæc vox fatidicis simul est prædicta Prophetis ,
Quam probat impletam non renuenda fides.
Christus adest populum qui dum saluauit, Iesus
Dictus, vt ex casta virgine venit, erat.
Hic verum est puro semen de semine natus,
Victor stelligera missus ab arce, necis.
Ille, sed innocuo dederit sanguine labem,
Nostraq; iam nulla corpora fecer madent.
Ergo perpetuas è toto pectore grates,
Fundamusq; pio carmina grata Deo.
Nos miseros sancto quod Christus sanguine sparso,
Sic tegit à mortis fortiter ille manu.
Tam latuere piæ diuino in pectore storgæ,
Ac in sacro ardens corde paternus amor;
Ut propriam sobolem pura de virginie cretam,,
Lenior ætherea mitteret arce Pater.

A v Quæ

Quæ foret offensis pro nobis dulce piamen,
Innocua lueret crimina nostra nece.
Squallida Plutonis quæ spargeret arma furentis
Et nobis ferret riœ salutis opem.
Tantæ molis erat cælos aperire reclusos,
Carceribus nigris vim rapuisse simul.
Ah quam magna Dei est erga Clementia coetum
Hac nihil in toto pulchrius orbe manet.
Quam vero fragiles nos est amplexus amore,
Aeternus pariter nos amat atq; Deus.
Turbatum rostris sanavit ouile luporum,
Affidua curas egit & agnus ouis.
Ac veluti teneros molli sub pectore natos,
Ex summa cura fida Columba souet.
Aut Gallina suos à vulneris vngue recurvo,
Sub pennis pullos mollibus vsc; tegit.
Sic nos perpetuae Regnator maximus aulæ
Diligit, & vero nos amat igne Deus.
Vindicat horrendis & semper ab hostibus, Orcus
Exitio nostro quos mouet arte sua.
Induithac caussa mortalem corpore carnem,
Nos queat ut lapsos restituisse Polo.
Gratus hoc ideo nobis præstare quid vñquam,
Omnino potuit fons & origo boni.
Aut donare magis totius conditor orbis,
Quæ nece compresso munera chara gregi.
Quam dedit æthereo quod missam culmine prolem,
Victima pro nobis quæ moritura foret.
Vi, quoniam mundus cælestia numina læsit,
Iratum posset conciliare Deum.
Atq; graues poenas & tristia vulnera passus,
Frangeret atrocis sordida vincla necis.
Quare nunc celebret meritas Ecclesia laudes,
Et reddat summo suauia metra Deo.
Quod diræ hoc mortis surrexit tempore victor,
Aduentu cuius vita salusq; venit.

Nos

Nos quoqe nunc omnes verè lætemur ouantes,
Iamqe sono dulci guttura nostra canant.
Quod sumus à sœuæ surrepti carcere poenæ,
Quos autor Stygiæ Pluto vorasset aquæ.
O pie damnosí peccati Christe redemptor,
Edomitor lethi victor & ipse potens.
Impia qui nostræ minuisti crimina vitæ,
O spes in nobis, vñica vera salus,
Ingentes agimus toto tibi pectore grates,
Per cuius pulsum est vulnera Ditis opus.
Da quæso vitij etiam nos surgere vanis,
Seruiat ut purè vita pudica tibi.
Et tuba cum misero clangens horrore vocabit,
Extrema è tumultis membra sepulta die.
Nos quoqe ceu patres hac per te luce redempti,
Visamus comites cælica templa tui.
Spiritus interea nostris incordibus adsit,
Ut regat afflatu corpora viua sacro.
Pro tanto videoas ut nos tibi pignore gratos,
Offensam posuit te mediante Pater.
Salve Christe potens, victor clarissime salve,
Ne tentes humilem spernere queso, gregem.
Floreat immenso pia sic Ecclesia fructu,
Quam charam, veluti sponsus amare soles.

FINIS.

Mc 1636.01

TC 1636

20



Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow


Red

Magenta

White

3/Color

Black



VRRE
LVATORIS
SV CHRI-
A SCRIP-
t Dantifica-
sio CVL-
SI.

T A.

nsultissimo viro,
Clefeldio viri
Doctori.

LECTORI.

ege voce serena,
lingua procul.
ia Minerua
unxit Apollo suos.
a tempora Christi,
m rediuuuus erat.
e tradita ruper,
vere meo.
prehendere noli,
anthius ore canit.


DEBAT FRAN-
HODVS.

D. LV.

April.

odi cysch Parci für 8.-S.-D.
n portat tibi pagina, sumas,
hi: compofuisse fias

B. 1



X 2005%60

